

Zoologischer Anzeiger

herausgegeben

von Prof. **Eugen Korschelt** in Marburg.

Zugleich

Organ der Deutschen Zoologischen Gesellschaft.

Verlag von Wilhelm Engelmann in Leipzig.

XLII. Band.

6. Juni 1913.

Nr. 3.

Inhalt:

I. Wissenschaftliche Mitteilungen.

1. **Stscherbakov**, De *Drepanothrips viticola* Mokrzecki S. 97.
2. **Prell**, Über ein elythrales Stridulum bei Käfern. (Mit 5 Figuren.) S. 99.
3. **Müller**, Einige Fälle von Doppelbildung und Conrescenz bei Hydroiden. (Mit 8 Figuren.) S. 104.

4. **Mola**, Nuove specie di rotiferi loricati. (Con 19 figure.) S. 112.
5. **Verhoeff**, Zwei neue Gattungen der Trachyzona n. superfam. der Ascospemphora. (Mit 18 Figuren.) S. 125.
6. **Regen**, Untersuchungen über die Stridulation von *Gryllus campestris* L. ♂, unter Anwendung der photographischen Registriermethode. S. 143.

I. Wissenschaftliche Mitteilungen.

1. De *Drepanothrips viticola* Mokrzecki.

Auctore Th. S. Stscherbakov (Rossia, Sympheropolis, Museum Tauricum).

eingeg. 16. März 1913.

Anno 1901 S. A. Mokrzecki in »Messenger Vinicole« (»Westnik Winodelija«) speciem novam generis *Drepanothrips* Uzel (*Thysanoptera*) (*Drepanothrips viticola* Mokrz.) foliis vitis apud Noworossijsk (Caucasus borealis) nocivam descripsit¹. Anno 1905 haec species in tabulas determinativas operis rossici clari dominorum G. Jakobson et V. Bianchi cum specie *Drepanothrips reuteri* Uzel uti species bona introducta est². Anno 1907 A. M. Shugurov in opusculo suo³ speciem *Drep. viticola* Mokrz. in synonymiam speciei *Haplothrips* (*Anthothrips*) *aculeatus* Fabr. sine declaratione ac approbatione reducit. Quae synonymia vagabunda et injusta a domino Prof. J. C. Tarnani notata est: »quae

¹ Mokrzecki, S. A., De physopodis in viti vivantibus. »Messenger Vinicole«, 1901. No. 12 (rossice).

² Jakobson, G. et Bianchi, V., Orthoptera et Pseudoneuroptera Imperii Rossici et regionum vicinarum. Petropolis. 1905. p. 920 (rossice).

³ Shugurov, A. M., Zur Physopodenfauna der Taurien und des Kaukasus. »Zoologischer Anzeiger«, XXXII. Bd. 1907. s. s. 9—10.

synonymia, — dominus professor scripsit⁴ — vagabunda esse mihi videtur, nam hae species duo non solum ad genera ac familias varias, sed etiam ad subordinés omnino varias pertinent*.

Cotypum speciei *Drepanothrips viticola* Mokrzecki ante oculos nunc habeo, quâ de re vere testificari possum dominum A. M. Shugurov errore ductum esse. Quae synonyma A. M. Shugurov evitare et errore eripere potuit materialia domini S. A. Mokrzecki diligentius studendo. Species a domino S. A. Mokrzecki descripta ad genus *Drepanothrips* Uzel vere pertinet, quod et ipse dominus H. Uzel qui materialia S. A. Mokrzecki ante oculos habuit in litteris affirmavit.

Sed dominus H. Uzel specimina a S. A. Mokrzecki collecta ad speciem *Drepanothrips reuteri* Uzel pertinenda putavit. Cum hae opinione venerabilis domini H. Uzel de hac synonymiâ consentire tamen non possum, nam species a S. A. Mokrzecki descripta satis essentialés morphomaticos characteres habet, quâ de re species bona apparet.

Quâ specie a domino S. A. Mokrzecki rossice incompleteque descriptâ nunc redescriptionem ejus propono.

Drepanothrips viticola S. A. Mokrzecki 1901.

♀. Albido-flavescens, sine maculis griseis. Antennarum articulus primus pallidus, uti caput coloratus; secundus opacus; tertius pallido-griseus, primo opacior; articuli quartus-sexus brunneo-grisei. Articulus primus duplo brevior quam secundus; tertius paulo brevior quam secundus; quartus aequè longus uti tertius; quintus aequè longus uti secundus; sextus, longissimus omnium articulorum, circa duplo longior quam secundus. Alae anteriores griseusculae, cum basi pallidâ. Oculi nigri, ocelli pallidi. Pedes albido-grisei.

Longitudo corporis 0,93 mm.

Noworossijsk (Caucasus borealis). In foliis *Vitis viniferae* L.

♂ ignotus.

Cujus speciei feminae sub cortice vitis et in terrâ hibernant et in foliis vitis mensi aprili apparent⁵. Quae species in Imperio Rossico solum apud Noworossijsk collecta est.

Gratulationes maximas meas domino venerabili S. A. Mokrzecki speciminum speciei hujus ab eo mihi benevole traditorum decerno.

⁴ Revue Russe d'Entomologie, VI. 1907, No. 4, p. 297 (rossice).

⁵ Mokrzecki, S. A., Insecta aliaque Invertebrata in Rossiâ Europeâ Caucasoque collecta. Minister. Agricult. Petropolis. 1903. p. 6 (rossice).

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Zoologischer Anzeiger](#)

Jahr/Year: 1913

Band/Volume: [42](#)

Autor(en)/Author(s): Stscherbakov Th. S.

Artikel/Article: [De Drepanothrips viticola Mokrzecki. 97-98](#)